

Susplicantur. Petrus scripsit duas nomini suo epistolas, quæ catholice nominantur. quarum secunda a quibusdam eius esse non creditur. propter stili sermonisq; distantiam. Iacobus suam scripsit epistolam. quæ & ipsa a nonnullis eius esse negat. sed sub nomine eius ab alio dictata existimatur. Ioannes epistolas tres edidit. quarum tantum prima a quibusdam eius esse assertur. reliquæ duæ Ioannis cuiusdam presbyteri existimantur. cuius iuxta Hieronymi sententiam alterum sepulchrū apud Ephesum demonstratur. Judas suam edidit epistolam. Actus apostolorum Lucas composuit. sicut audiuit uero vidit. Apocalipsin Ioannes euangelista scripsit. eodem tempore quo ob euangelij predicationem in insulam Pathmos traditur alligatus. H̄i sunt scriptores sacrorum librorum. diuina inspiratione loquentes. atq; ad eruditionem nostrā precepta cœlestia in ecclesia dispenses. author autem earōdem scripturarum spiritus sanctus esse creditur. ipse enim scripsit. qui per prophetas suos scribenda dictauit.

DE BENEDICTIONIBVS. Ca. LV.  
Enedictōnem autem dari a sacerdotibus pplo.  
**b** antiqua per Moysen benedictō pandit & comprobatur. qua benedicere populo suo. sub sacramento trinō inuocatiōis iubetur. Ait enim ad Moysen dominus. Sic benedes populum meum. & ego bene dicam illos. Benedic te dñs et custodiat te. illuminet dominus faciem suam super te. et misereatur tui. conuertatq; dominus uultum suum ad te. et det tibi pacem. Hinc quoq; usus ecclesiæ multiplices benedictiones in diuersis rebus habet. Benedicitur oleū ex apostolica authoritate ad infirmorum medicamentum. Iacobo apostolo hoc ita præcipiente. Infirmatur inquit quis in vobis. inducat presbyteros ecclesiæ ut orent super eū.

Urgentes cum oleo in nominis  
Oī. Benedictū & aqua in  
almonis infantes. contra fa-  
cetum fanticū. almonos suffi-  
ciēt. Alexander fermos post  
Episcopū & martyris constitutissime  
fidei hereticis in habitaculis homi-  
nū dementi. quod in hoc m  
quam aqua. quod in aqua cu  
m in Canticū. per ipsum ren  
uicem. & in membra palli  
dilectare. Canticū profundat off  
erit. In die profundat off  
erit. S. mundus. mali  
luminum. Quod coram illa  
ritur ex domo arbitriate p  
Elegit nōn in uillā. ut  
rum lebdo. Ergo natura filii  
comitum est. quis enī  
Sicut orationem et ligamenta  
sacerdotum mandat. si puerū  
pote. si lacrimat. si alberet.  
pudicit. si galum prouidet  
sicut librum fias refutatio  
bius erunt produnt refutatio  
mentis diuinæ effectus. ut pe  
tendat. & per levitatem ea  
sua inuictabiliter efficaciter  
tempore salutis hominum pia  
fuerit. etiam diuina pietatis deu  
tus exhibebit in faceret depre  
sionem integrā latitudinem.  
DE SYMBOLO.  
Imbolus talitratione infi  
rmat. quod post ascensio

vnguentes eum oleo in nomine domini nostri Ihesu Christi, Benedic̄ sal & aqua in diuersos usus fidelium, ad homines infirmos, contra fantasiam inimici ad peccorum sanitatem, ad morbos auferendos, & cetera, sicut legis Alexander septimus post Petrum Romanum urbis Episcopus & martyr constituisse, aquam sparsionis cum sale benedicti in habitaculis hominum. Nam nullum est aliud elementum, quod in hoc mundo purget universa quam aqua, quodque uiuificet cuncta. ideoque cum baptizamur in Christo, per ipsum renascimur, ut purificati uiuificemur, quod in tempore passionis una cum sanguine de latere Christi profluxit, ad ostendendum utique omnis sanctificationis & mundicie ualidum se inde habere sacramentum. Quod autem sal sanctificatum aquaque immiscetur, ex diuina authoritate processit, quia illud per Elsem in fonte mitti iussit, ut sanare sterilitas aquarum Iericho. Ergo natura salis naturae aquae uicina & coniunctissima est, quia eiusdem elementi ambo sunt, & idem officium et significationem habent. Nam aqua a foribus mundat, sal putredinem fugat, aqua nitorum prebet, sal sinceritatem adhibet, aqua potum sapientie significat, & sal gustum prudenter indicat, quod scilicet sacrorum librorum sati testatur authoritas. & multiplicia eorum produnt testimonia. Fit enim hic mirabilis operationis diuinus effectus, ut per sacerdotium ora deus ipse benedicat, & per sensibile eorum ministerium, uirtus diuina inuisibiliter efficiat sacramentum, deprecatur quidem pro salute hominum pia sacerdotis intentio, & prestat eam diuinus pietatis deuotio, sicque fit, ut charitas que exhibet in sacerdote deprecationem, ipsa prestet a domino integrum sanitatem.

#### DE SYMBOLO.

Ca. LVI.  
Ymbolum tali ratione institutum maiores nostri  
tradunt, quod post ascensionem domini & saluatoris

n